



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE MEMBRIS ECCLE-||SIAE MILITANTIS,|| TRIBVS LIBRIS|| EXPLICATA.||

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

Ingolstadii, [1599]

VD16 B 1607

XLIII. Licitum esse Monachis viuere ex bonis patrimonialibus in communi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53880)

suscipiant, non tam propter victus necessitatem, quam propter anima salutem, ne vagetur perniciosis cogitationibus mens, &c. Nec tamen absolute est verum, omnes antiquos religiosos manibus laborasse. Sic enim scribit de monasterio S. Martini SVLPITIVS in vita S. Martini, cap. 7. Nemo ibi quidquam proprium habebat: omnia in medio conferebantur, non emere, aut vendere, ut plerisque Monachis moris est, quidquam licebat. ars ibi, exceptis scriptoribus, nulla habebatur. Cui tamen operi minor atas deputabatur; maiores orationi vacabant. Hæc ille. Vbi vides solos iuniores laborasse manibus, eosque non ad victum quærendum (nam nihil eis vendere licebat, sed vivebant ex bonis, quæ attulerant) sed ad ocium fugiendum. Sed nec primi Monachi sub Apostolis in Hierusalem, aut in Ægypto operabantur manibus, ut patet Actor. 3. & 4. & ex lib. Philonis de vita contemplativa.

CAPVT XLIII.

Licitum esse Monachis vivere ex bonis patrimonialibus in communi.

DE SECUNDO modo vivendi nulla potest esse dubitatio; nam in primis talis fuit vita primorum religiosorum sub Apostolis, cap. 4. Act. unusquisque enim adferebat. precia suarum rerum Apostolis, & inde diuidebatur cuique, sicut cuique opus erat. Deinde talis etiam fuit usus antiquorum monasteriorum, ut recipebant, si quid in commune dare volebant, qui Monachi fiebant, ut patet ex Augustino, in epist. 109. ad Sanctimoniales, ubi sic ait: *Quæ aliquid habebat in seculo, quando ingressa sunt monasterium, libenter velint illud esse commune.* Item serm. 2. de communi vita Clericorum: *Vivunt, inquit, nobiscum in societate communi, & nemo eos distinguit ab eis, qui aliquid attulerunt.* Et libro de opere Monachorum, cap. 25. ideo dicit, diuites non teneri ad opus manuum, quia monasterio sua bona contulerunt.

B. BENEDICTVS, ut in vita S. Placidi legitur: *Bona quæ fuerant Monachorum suorum, non sinebat aliò derivari, quam ad sua monasteria, ut inde multos Dei seruos alere posset.* S.

BERNARDVS

BERNARDVS epist. 1. ad Robertum : *Ostenditur, quod terra quae cum illo, & pro illo dicitur, data fuisse.*

Denique hinc natae sunt illae leges Iustiniani, in ambrosio collat. 1. const. 5. §. illud quoque, & collat. 9. const. 1. qua mulier. In quibus statuitur, bona eorum, qui Monachii fiunt, eo ipso ad monasteria, quae illi ingrediuntur, pertinere. quanquam hoc tempore multae religiones huic privilegio renunciarunt.

CAPVT XLIV.

Licitum esse Monachis viuere ex rebus sponte oblatiis & donatis.

DE TERTIO modo nulla quaestio esse debet, ut B. AVGVSTINVS in Psal. 103. conc. 3. explicat illud: *Cedri Libani, quas plantauit, illic passeret discabunt.* dicit cedros esse homines potentes diuites, passeret autem esse religiosos pauperes. nificat rō passeret in cedris, significare, quod religiosorum monasteria à diuitibus huius seculi eriguntur, & sustentantur. *Cedri Libani, inquit, nobiles & diuites, excelsi huius seculi, quando cum timore audiunt, Beatus qui intelligit super egenam pauperem, attendunt res suas, villas suas, & omnes superfluas copias, quibus videntur excelsi, & praebeant illas seruandis dant hortos, aedificant Ecclesias, monasteria, colligunt passeret. Ut in cedris Libani nificent.* HIERONYMVS in epistola ad Eustochium de obitu Paulae, laudat sanctā Paulam, quae ex rebus suis quatuor monasteria aedificasset, & sustentasset vnum Monachorum, & tria sacrarum virginum. GREGORIUS XIVS Papa, vt lib. 1. cap. 5. & 6. vitae eius scribit Ioannes Dicoconus, ex patrimonio suo septem monasteria erexit, & singulis praedia, & possessiones attribuit, sex in Sicilia, vnum in Campania. Similia exempla Caroli Magni, Caroli IV. Henrici & aliorum optimorum Principum, plurima adferri possent.

